



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Abstinendum est à carnalibus desiderijs propter quinq[ue]

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

INSTITVTIO. 2

ritus. Quarta species est, abstinere ab illis bonis, quæ maiora bona impediunt. Hoc nanque modo abstinent uiri sancti. Vnde dicebat hoc proprium esse uirorum sanctorum, Beatus Gregorius. Semper ab illicitis longè esse, & plerunq; etiam à se licita abscindere.

Grego.

Abstinendum est à carnalibus desiderijs propter quinque.

Primum est, quia positi sumus in mundo isto, non ad ociosè uiuendum, sed ad laborandū; non ad delicatè uiuendum, sed ad penitentiā agendam. Homo (inquit patientissimus Iob) nascitur ad laborem. Vnde si laborem refugit, non facit id ad quod natus est. Ad quid ergo uenit in mundum? Quid respondebit ei, qui misit eū? qui instituit ut laboret? Non enim ad hoc nos de paradiso uoluptatis eiecit, ut alterum sibi hic paradisum adinuēcio humana pararet, sed ut manibus laboret suis, ut in sudore suo uescatur pane, ut conditoris suo placeat, & ut deo suo seruiat. Cui apertè non patet, q̄ in ultimo

Iob, 5.

CHRISTIANA

- huius seculi die, unusquis iuxta uerbum domini de ociositate redditurus est rationem? hac in re ociosi in presenti uita arguuntur, & in ueniam ad laborandum mittuntur, ut cum tempus quietis aduenerit, laboris mercedem recipiant operarij. Secundum est, quia ad locum delicatum, ac deliciis plenum tendimus, scilicet ad cælum; ubi delicijs abundè, copiosèq; satiabimur, prout Psalter diuinus testatur in-
- Mat. 12** huius seculi die, unusquis iuxta uerbum domini de ociositate redditurus est rationem? hac in re ociosi in presenti uita arguuntur, & in ueniam ad laborandum mittuntur, ut cum tempus quietis aduenerit, laboris mercedem recipiant operarij. Secundum est, quia ad locum delicatum, ac deliciis plenum tendimus, scilicet ad cælum; ubi delicijs abundè, copiosèq; satiabimur, prout Psalter diuinus testatur in-
- Mat. 20** in presenti uita arguuntur, & in ueniam ad laborandum mittuntur, ut cum tempus quietis aduenerit, laboris mercedem recipiant operarij. Secundum est, quia ad locum delicatum, ac deliciis plenum tendimus, scilicet ad cælum; ubi delicijs abundè, copiosèq; satiabimur, prout Psalter diuinus testatur in-
- Psal. 16** quiens. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Vnde Augustinus ad Deum conuersus, sic meditabatur. Fac me dulcissime domine amore, & desiderio tuo, deponere pondus carnalium desideriorum, grauissimam sarcinam, quæ impugnant, & impediunt miseras animas. Tertium est, quia ea quæ caro desiderat, ualde noxia sunt animæ. Vnde Paulus ad Galatas dicebat. Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Ad Romanos quoque dicebat. Debtores sumus non carni, ut secundum carnem uiuamus &c. Quartum est, quia deliciae huius seculi citò transeunt. Sic dicebat Diuus Hieronymus. Deliciae quidem uelut umbra transeunt, & uelociter fugiunt, pœnæ uerò per-
- Auguf.** Deum conuersus, sic meditabatur. Fac me dulcissime domine amore, & desiderio tuo, deponere pondus carnalium desideriorum, grauissimam sarcinam, quæ impugnant, & impediunt miseras animas. Tertium est, quia ea quæ caro desiderat, ualde noxia sunt animæ. Vnde Paulus ad Galatas dicebat. Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Ad Romanos quoque dicebat. Debtores sumus non carni, ut secundum carnem uiuamus &c. Quartum est, quia deliciae huius seculi citò transeunt. Sic dicebat Diuus Hieronymus. Deliciae quidem uelut umbra transeunt, & uelociter fugiunt, pœnæ uerò per-
- Gal. 5.** Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Ad Romanos quoque dicebat. Debtores sumus non carni, ut secundum carnem uiuamus &c. Quartum est, quia deliciae huius seculi citò transeunt. Sic dicebat Diuus Hieronymus. Deliciae quidem uelut umbra transeunt, & uelociter fugiunt, pœnæ uerò per-
- Rom. 8.** Debtores sumus non carni, ut secundum carnem uiuamus &c. Quartum est, quia deliciae huius seculi citò transeunt. Sic dicebat Diuus Hieronymus. Deliciae quidem uelut umbra transeunt, & uelociter fugiunt, pœnæ uerò per-
- Hieron.** Deliciae quidem uelut umbra transeunt, & uelociter fugiunt, pœnæ uerò per-

INSTITVTIO. 3

petuę manent. Si qua enim est iu-
cunditas in hoc mundo, præterit
non reditura, manet attamen anxie-
tas non relicta. Cur itaq; amatur
quod relinquitur, & id quo perue-
nitur negligitur. unde in inferno
dicturi sunt plurimi, quid nobis su-
perbia profuit, aut quid diuitia-
rum iactantia contulit nobis? opti-
me igitur fari Ioannē conspicimus.
Transit, inquit, mundus & concu-
piscencia eius. Pulcrè etiam Pau-
lus alloquitur nos dicens. Præterit
figura huius mundi. Et quæ sunt
mundi, nō sapere, sed quæ sunt Dei.
Quintum est, quia desideria carna-
lia ad æternum dolorem perducunt.
dicebat Christus prout Lucas scri-
bit. Vx uobis qui nunc ridetis, quo-
niam flebitis. Quibus uerbis illece-
brarum huius mundi amatores re-
rum insinuare uidetur, quorum ri-
sibus fletus preparatur, & consolati-
oni æternum supplicium, ceu alijs
uerbis minabatur dicens, Vx uobis
diuitibus, qui habetis consolatio-
nem huius mundi. Dulcedo nanq;
huius seculi ad tempus fauces ob-
dulcescit, sed in magnam amaritu-
dinem postea conuertetur. Fatui
igitur sunt, qui per breuem dele-
ctationem tam carè emunt.

1. Io. 2.

1. Io. 2.

1. Cor. 3.

Col. 3.

Luc. 8.

Ibidem

A 3